



*SBd*

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



BEATVM OBITVM  
 VIRI  
 PLVRIMVM REVERENDI  
 ET DOCTISSIMI,  
**DAVIDIS SOLBRIGI**  
 PASTORIS ET INSPECTORIS SEEHVANI  
 FIDELISSIMI ATQVE MERITISSIMI,  
 SOCIETATIS REGIÆ BEROLINENSIS  
 MEMBRI DIGNISSIMI,

DIE PURIFICATIONIS MARIAE  
 ANNO dñi MCCCXXX.  
 NVNCIAT VM

ODA LVGVBRI  
 TESTANDÆ OBSERVANTIÆ GRATIA  
 CONCELEBRAVIT

IO. FRIEDERICVS ALBERTVS,  
 HVMANIORVM LITTERARVM CVLTOR.



HALÆ MAGEBVRGICAE,  
 Typis JOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

*(Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'Hunc enim quantum coluisse Nomen', 'Adque promissam Domini salutem', 'Fronte honesta cupisse laudare', 'Biblis sacra')*

AK





DAVIDIS SOLBRIGI



He dies moesta facie redibat  
 Qua fidem cani Simeonis urbes  
 Christianorum renovant coluntque  
 Pectore lato,

Namque pertristes referunt tabella,  
 SOLBRIGVM nobis rapuisse mortem,  
 SOLBRIGVM, nostræ decus urbis, atra  
 Fata tulisse.

O Dies atro mihi nunc notandus  
 Calculo fastis, referens iniquam  
 Tu VIRI mortem memori tenendi

Mente piorum!  
 Nuncio sanctos cineres nefando  
 Tu VIRI perfers, Simeonis instar  
 Qui diu vitam peragens novavit

Tempora morte,  
 Hunc enim summum coluisse Numen  
 Atque promissam Domini salutem  
 Fronte porrecta cupiisse laudant  
 Biblia sacra.

Hanc TIBI laudem merito relinquit  
Cui patet vitæ ratio peractæ,  
VIR novo immensi REVERENDE degens

Limine coeli,  
Quæ quidem circum graviore fufus  
Gloria, quanto igitur beatos  
Gaudio manes recreabit olim

Christus amicus.  
Hinc mihi ignofcas TVA triftiori  
Funera, & fletu rigido fepulcrum  
Luridum ftillante TVVM rigare, &  
Carmine flere,

Sedibus divi faciem reflecte  
Quo DEI fulgens micat ore fplendor  
Nos fitus circum fedet atque fquallor,  
Luctus & atrox,

Ecce contectis gemitu fepti  
Vultibus flemus miferum dolorem  
Quo fibi coetum tetigit dicatum  
Numen ab alto.

Ecce fingulat REVERENDE PASTOR  
Qui TVAE quondam fidei dicatus  
Grex erat, largis queritur dolorem  
Luctibus atrum.

Exteros funus quoque cum tremore  
Commovet, Tecum reliquis dolenda  
Vrbs, genas udo lacrumarum oborto  
Flumine rorant.

ODEVS rerum moderator atque  
Arbiter, tantum populo Sionis  
Vulnus infligis, veluti per ictum  
Perdere velles!

Sed TIBI tandem placuit quietem  
Gaudio mixtam dare, qui beatum  
Fronte porrecta cupit flagranter  
Sufcipi in orbem.

Hostibus victis animo nefandis  
Atque tranfactis generosiore  
Præliis, cursu quoque rite facto  
Præmia donas,

Hinc Tuos calles DEVS intuentes  
Mente miramur tacita, perævum  
JOVA qui totum sapienter orbem  
Dirigis amplum.

Et TIBI æternum gratulamur omnem  
Qua perinsigni frueris, quietem,  
VIR beatorum numero serena  
Gaudia adeptus;

Candidis latum queruli videmus  
Vestibus cinctum, radiis coruscum,  
Cernimus festa redimita circum  
Tempora lauro,

Quin TVAM in cœlo faciem serenam  
Cernimus, Sancto & numero perennem  
Suaviter laudem modulante JOVAE  
Voce canentem.

Ergo deponastua plectra Musa  
Lacrimæ cessent, sileant querelæ,  
Siste nunc luctum, taceat sepulcri  
Barbite carmen!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





44



# BEATVM OBITVM VIRI

PLVRIMVM REVERENDI  
ET DOCTISSIMI,

## DAVIDIS SOLBRIGI

IS ET INSPECTORIS SEEHVSI  
LISSIMI ATQVE MERITISSIMI,  
ATIS REGIÆ BEROLINENSIS  
MEMBRI DIGNISSIMI,

PVRIFICATIONIS MARIAE

ANNO dō 1800 xxx.

AVNCIATVM

### ODA LVGVBRI

NDÆ OBSERVANTIÆ GRATIA  
CONCELEBRAVIT

D. FRIEDERICVS ALBERTVS,

HVMANIORVM LITTERARVM CVLTVR.



HALÆ MAGEBVRGICAE,

IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

*Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including phrases like 'Hunc enim tantum coluisse Nuntium' and 'Acque promissam Domini salutem'.*

AK

